pedes nostri in atris tuis iheru-

saleni. **I**herusalem que edi-
ficatur ut civitas cuius participa-
tio eius in id ipsum. **I**lluc enim

ascenderunt tribus tribz domini
testimonium israel ad confiten-
dum nomini domini. **Q**uia

illuc sederunt sedes in iudicio sedes
super dominum david. **R**ogate

que ad pacem sunt iherusalem
et habundancia diligentibus te.

Erat pax in virtute tua et ha-
bundancia in turribus tuis.

Propter fratres meos et proxi-
mos meos loquar pacem de te.

Propter dominum dominum dei
nostri quesivi bona tibi. **G**loria.

ant. Ecce tu pulchra es amica uicæ
ecce tu pulchra es oculi tui columbarum.

A B inicio et ante secula cre-
ata sum et usque ad futurum
seculum non desinam et in habita-
tione sancta coram ipso ministrabi-
m. **Oratio.** **R.** Ave maria gra-
plena. Dominus tecum. **V.** Benedicta
tu in mulieribus et benedictus fructus
ventris tui. Dominus tecum. Gloria pa-
tri et filio et spiritui sancto. Ave maria.
vers. post partum uirgo inuolata per-
mansit. **V.** Dei genitrix intercede pro
nobis. Domine exaudi orationem me-
am. Et clamor meus ad te ueniat.
Orenius. **Oratio.**

Allit nobis quesumus do
mine uirtus spiritus sa:
que et corda uolua clementer ex
purgat. et ab omnibus tuatur ad

Auersis. *Alia Oratio.*
Annulorum tuorum que
sumus domine delictis ignosce ut
qui tibi placere et actibus nostris
non ualimus genitricis filii tui in
tercessione saluemur. *Alia Oratio.*

Deus qui per os beati iohan
ni apostoli et euangeliste
uerbi tui nobis archana reuelasti
presta quesumus ut ille auribus
nostris excellenter infudit intelli
genae competentis erudicione ca

piamus **D**omine exaudi
orationem meam **E**t clamor
meus ad te ueniat **B**enedica
mus domino **D**eo gratias.

Ad primam de cruce. Ant.

*A*doramus te xpc. *Hymnus.*

Nora prima ductus est ihc
ad pilatum. falsis testimo
nis inultum accusatum. In loco
percutiunt manibus ligatum.
Vultum dei conspiciunt lumen ce
li gratiam. *V^o Omnis terra. Oratio*

Domine ihesu xpiste fili dei.

Benedicamus domino.

Deo gratias. *De sco spu. ad pma. a*

Amen sancte spiritus. *Hymnus*

52
festina. **G**loria patri et filio et
spiritui sancto. **S**icut erat in
principio et nunc et semper et
in secula seculorum. Amen. *Hy?*

Ad cuius creator spiritus men
tes tuorum visita imple
superna gratia que tu creata peccata.

Sex christe clementissime tu
corda nostra posside ut tibi laudes
debitas reddamus omni tempore.

Memento salutis auctor quod
nostri quondam corporis ex illata
virgine nascendo formans sump
seris. **M**aria mater gratie mater
misericordie tu nos ab hoste prote
ge in hora mortis suscipe. **G**loria

tibi domine qui natus es de uirgi
ne cum patre et sancto spiritu in
sempiterna secula. Amen. *Ant.*

A Sicut lilium. *Ps dauid*
De te leuavi oculos meos
qui habitas in celis. **E**cce sicut

oculi seruatorum in manibus domi
norum suorum. **S**icut oculi an
alle in manibus domine sue ita
oculi nostri ad dominum deum
nostrum donec misereatur nostri.

Misere nostri domine misere
re nostri quia multum repleti su
mus despectione. **Q**uia multum
repleta est anima nostra obprobri
um habundantibus et despectio

superbis. **G**loria patri. *ps d.*

Nisi quia dominus erat in nobis dicit nunc israel nisi quia dominus erat in nobis.

Qum exurgerent homines in nos forte in nos deglutissent nos.

Qum inasceretur furor eorum in nos forsitan aqua absorbisset nos.

Qum orientem pertinisset anima nostra forsitan pertinisset aquam in tollerabilem.

Benedictus dominus qui non dedit nos in captivem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer epta est de laqueo venarum.

Laqueus contritus est et nos

liberati sumus. **A**diutorium
nostrum in nomine domini qui
fecit celum et terram. **G**loria patri.

Qui confidunt in domino
sicut mons syon non com-
mouebitur in eternum qui habitat

in iherusalem. **M**ontes in cir-
cuitu eius et dominus in cir-
cuitu populi sui ex hoc nunc et usque
in seculum. **Q**uia non relin-

quet dominus uirgam peccatorum
super sortem iustorum ut non ex-
tendant uisa ad iniquitatem
manus suas. **B**ene fac domi-

ne bonus et rectis corde. **D**echi-
nantes autem in obligationes

adducet dominus cum operan-
tibus iniquitatem pax super is-

rael **G**loria patri. **an** Sicut li-
lum inter spinas sic amica mea
inter filias. **Capitulum.**

Et sic in syon firmata su-
et in civitate sanctifica-
ta similiter requiem et in iheru-
salem potestas mea. Deo gr̄as.

R. Post partum virgo. inuolata
permansisti. **v.** Oeri genitrix inter-
cede pro nobis. Inuolata. Gloria
patri et filio et spiritui sancto. Post

partum. **v.** Ora pro nobis sancta
dei genitrix. **v.** Ut digni efficiamur
promissionibus xpi. Domine exau-

di. Et clamor. Oremus. *Oratio.*

Sancti spiritus quesum^{us}
domine corda nostra mu^{ndi}
det infusio et sui uoris intima
aspersione fecundet. *Alia oratio.*

Graciam tuam quesum^{us}
domine mentibus nos^{tris}
tris infunde ut qui angelo mi^{seri}
ciante xpisti filij tui incarnatio^{nis}
nem cognouimus per passionē
eius et crucem ad gloriam resur^{rectionis}
rectionis perducamur. *Al. oratio.*

Eccliam tuam que
sumus domine benigni^{ter}
illustia et beati iohannis aposto^{li}
li tui et euangeliste illumina

ta datus ad dona perueniat
sempiterna. Per christum do
minum nostrum. Amen. &

Domine exaudi orationem
meam. **E**t clamor meus ad
te ueniat. **B**enedicamus do
mino. **D**eo gratias. *Ad tertia. a.*

Adoramus te xpe *hymnus.*

Quafinge clamittant ho
ia tertiarii. Illius in
diuitur ueste purpurarii Ca
put eius spingitur corona
spinari. Crucem portat hu
meris ad locum pennarii. *a.*

Domine terra adoret. *Oratio*
Domine ihesu christe fili da.

Benedicamus domino **Q**uo
gracias. *De scō spū ad terciā. ā.*

Aen sancte spiritus. *h̄nus.*

Suum sanctum spiritum
deus delegavit. In die pen
thecostes ipsos confirmavit. Et de
linguis igneis ipsos inflamma
vit. Relinqueret orphanos ipsos
delegavit. *v. Emitte spū. orō*

Omnipotens sempiterna.

Benedicamus domino **Q**uo
gracias.

Ad sextam.

in hora mortis suscipe **G**loria
tibi domine qui natus es de vir-
gine cum patre et sancto spiri-
tu in sempiterna secula. Amen.

an **Sanctus** disyllans **ps dauid**

In conuertendo dominum
captiuitatem syon facti
sumus sicut consolati **N**unc
repletum est gaudio os nostrum
et lingua nostra exultatione.

Nunc dicent inter gentes ma-
gnificauit dominus facere cum
eis **M**agnificauit dominus fa-
cere nobiscum facti sumus letan-
tes **C**onuertere domine capti-
uitatem noscram sicut torrens

in aulato **Q**ui seminavit in
lacrimis in exultatione metent.

Euntes ibant et flebant mit
tentes semina sua. **V**enientes
autem venient cum exultatione
portantes manipulos suos. **ps**

Nisi dominus edificaverit
vanum est laboraverunt qui edificavit eam.

Nisi dominus custodierit civi
tatem frustra vigilat qui custodit
eam. **V**anum est vobis ante lu
cem surgere surgite postquam se
dentis manducatis panem doloris.

Qui dederit dilectis suis sorp
tum ecce hereditas domini filii mei

ces fructus uentris. **S**icut sagitte
 in manu potentis ita filii extulso
 rum. **S**ecutus uir qui impleuit
 desiderium suum ex ipsis non con
 funditur loquetur inimicis suis in
 porta. **G**loria p̄ri. **Ps̄s dauid.**

Beatissimi omnes qui timent
 dominum qui ambulauit
 in uisceribus. **L**abores manuum
 tuarum quia manducabis leuatus
 es et leue tibi erit. **E**xor tua sicut
 uitis habundans in lateribus do
 mus tue. **F**ilij tui sicut nouelle
 oliuarum in circuitu mense tue.
Ecce sic benedicetur homo qui
 timet dominum. **B**enedicat ti

bi dominus ex syon et uideas bo
na iherusalem omnibus diebus
uite tue. **Et** uideas filios filio
rum tuorum pax super israel.

Gloria patri. **ant.** Fauus distillas
labia tua sponsa et odor uestimentorum
tuorum sicut odor thuris. **Capitulum.**

Et iudicavi in populo hono
rificato et in partes dei
mei hereditas illius et in pleni
tudine sanctorum detentio mea.
Deo gratias. **R.** Ora pro nobis
sancta dei genitrix. **V.** Ut digni effi
ciamur promissionibus xpisti. Sanc
ta dei. Gloria patri. Ora pro nobis.

V. Sancta dei genitrix uirgo semper

mana. **V?** Intercede pro nobis ad domi-
num iesum xpm. Domine exau-
di. Et clamor. **Oremus.** **Oratio.**

Mentes noscans quesimus
domine spiritus sanctus
paracletus qui ad te procedit et il-
luminet et inducat in omnem
sicut tuus promisit filius ueritate.

Deus qui in comparabi-
libus mentis gloriosissi-
mam mariam semper qz uirgi-
nem et matrem ad superna gau-
dia perduxisti. presta illuc nos
tua pietate concedere quod ipa

Ameruit subleuari. **Oro.**
Domine ecclesiam tuam

quesumus domine beatus iohā
nes apostolus et pius interuen
tor qui tui nominis extitit predi
cator et vector. per christum domi
num nostrum. Amen. **D**o
mine exaudi orationem meā.

Et clamor meus ad te ueniat.
Benedicamus domino.

Progias. *Ad sextā de cruce. ā.*
Adramus te xpe. *Hymnus.*

Hora sexta uelut est cru
cia conclauiatus. Et est
cui latronibus pendens depu
tatus. pro tormentis lacris fel
iciter saluatus. Agnus cunctis di
luit sic deuificatus. *V?* Omnis

terra. *oro* **O**mnine ihesu.

Benedicamus domino.

Deo gratias. *Ad sextam. xl.*


Veni sancte spūs. *Hymnus*


Septiformam gratiam
tunc acceptauerunt

Quare ydionata cuncta cog
nouerunt. Aduersa climata
mundi recesserunt. Et fidem
catholicam tunc predicauerunt.

Vsus Emitte spiritum. *Oratio*

Omnipotens sempiternae.

Benedicamus domino. 

Deo gratias. 

Ad nonam. 



Eius matrem
torum meum
intende. **D**o
mine ad adiu

60
uandum me festina. **G**loria
patri et filio et spiritui sancto.

Sicut erat in principio et
nunc et semper et in secula se-
culorum. Amen. *Hymnus*

Agni creator spiritus
mentes tuorum visita
imple superna gratia que tu
creasti pectora. **S**ec xpiste cle-
mentissime tu corda nostra pos-
sede ut tibi laudes debitas redda-
mus omni tempore. **Q**uemé-
to salutis auctor quod nostri
quondam corporis excullata
uirgine nascendo formans
sumpleris. **M**aria mater

gracie mater misericordie tu
nos ab hoste protege in hora
mortis suscipe **G**loria tibi do
mine qui natus es de uirgine cu
patre et sancto spiritu in sempi
terna secula. Amen. **Ant** fons

Sortorum. **psalmus**
Epe expugnauerunt
me a iuuentute mea dicit mihi
usque. **S**epe expugnauerunt
me a iuuentute mea et enim no
potuerunt michi. **S**upra dor
sum meum fabricauerunt pec
catores proliugauerunt iniqui
tatem suam. **D**ominus iu
stus conadet ceruices peccatorum

confundantur et conuertantur
 retrorsum omnes qui oderunt

Syon. **F**iant sicut femur tec-
 torum quod peruisquam euella-

tur exaruit. **D**e quo non imple-
 uit manum suam qui metet et
 sinum suum qui manipulos

colliget. **E**t non dixerunt
 qui preterbant benedictio domi-
 ni super nos benediximus no-

bis in nomine domini. **G**loria

De profundis clamau-
 i ad te domine domine

exaudi uocem meam. **F**iant

aues tue intendentes in uocem

deprecationis mee. **S**i iniqui

tates obseruaueris domine
domine quis sustinebit.

Quia apud te propitiatio
est et propter legem tuam su-
stinui te domine. **S**ustinuit
anima mea in uerbo eius spera-
uit anima mea in domino.

A custodia matutina usque
ad noctem speret israel in dño.

Quia apud dominum mi-
sericordia et copiosa apud eum
redemptio. **E**t ipse redimet
israel ex omnibus iniquitati-

Bus eius. **G**loria patri. *ps.*
Domine non est exalta-
tum cor meum neque elati sunt

oculi mei. **A** cap ambulavi
in magnis nec in mirabili

bis super me. **S**i non hu
militet senectam sed exaltaui

animam meam. **S**icut
ablactatus super matre sua
ita retributio in anima mea.

Speret israel in domino ex
hoc nunc et usque in seculum.

Gloria patri. *Ant* fons ortorum
putens aquarum que fluunt i petu

S delilano. **Capitulum**
Go quasi vitis fructifi

caui suavitatem odoris et flore
mei fructus honoris et honesta

tis. Deo gratias. *P* Sancta dei

genitrix uirgo semper maria. **V** Intere
de pro nobis ad dominum iesum xpi
suum. Virgo semper. Gloria patri.
Sancta dei. **V** Exaltata es sancta dei
genitrix. **R** Super choros angelorum
ad celestia regna. Domine exaudi.
Et clamor. Oremus. **Oratio.**

Deus qui apostolis tuis
sanctum dedisti spiritum
concede plebi tue pie petitionis effec
tum ut quibus dedisti fidem largia
ris et pacem. **Alia oratio**

Omnipotens deus nos fa
mulus tuos dextera poten
cie et adiunctis protege periculis
et beata maria uirgine et presens

nobis remedia facias et futura.

Deus qui conspicias quia
nos undique mala nostra
perturbant presta quesumus ut
beati iohannis apostoli tui inter
cessio gloriosa nos protegat. per
christum dominum nostrum. *℟.*

Domine exaudi orationem
meam **E**t clamor meus ad te
veniat **B**enedicamus dño.


Pro gratias. *℟. Ad nonam. ℟.*

Adoramus te xpc. *hymnus*

Hora nona dominus ihc
expiravit. hcb clamans
animam patri commendavit.
Latus eius lancea miles perforavit.

Vbi Omnia terra adoret. **Oratio**

Domine ihesu xpiste fili. 

Benedicimus domino. 

Deo gratias. **Ad nonam. 20**

Hem sancte spūs **hymnus**

Spiritus paraclitis fuit
appellatus. Dominum dei


karisima fons uiuificatus. Spi

ritalis nuctio ignis in flamma

tus. Septiformis gratia karisima

uocatus. **20** Emitte spū. **Oratio**

Omni potens sempiternae.

Benedicimus domino. 

Deo gratias. 

Ad uesperas.



Deus in adiutori
 um meum inter
 de **D**omine ad
 adiuuandum me



festina. **G**loria patri et filio ⁊
spiritui sancto. **S**icut erat i
principio et nunc et semper et in
secula seculorum. Amen. *Ant*

Beata mater. *psalmis*
Ixit dominus domino meo
sedē a dextris meis. **D**onet ponā
iunucos tuos scabellum pedum
tuorum. **A**rganū uirtutis tue
emittet dominus ex syon domina
re in medio iunucorum tuorum.
Accum principium in die uir
tutis tue in splendoribus sancto
rum ex utero ante luciferum ge
nuit te. **T**urnauit dominus et
non prouidebit cum tu es sacerdos

in eternum secundum ordinem
melchisedech. **D**ominus ad dex
tras tuas confregit in die ire sue regē.

Judicabit in nationibus im
plebit riuas conuastabit capita

in terra multorum. **D**e toruente
in uia bibit propterea exaltabit ca
put.

Gloria p̄i. *psalmus* 

Laudate pueri dominum
laudate nomen domini.

Sit nomen domini benedictum
ex hoc nunc et usq; in seculum.

A solis ortu usq; ad occasum lau
dabile nomen domini. **E**xcellsus

super omnes gentes dominus et
super celos gloria eius. **Q**uis si

cui dominus deus noster qui in
altis habitat et humilia respicit
in celo et in terra. **S**uscitans
a terra inopem et de stercore erigens
pauperem. **U**t collocet eum cum
principibus cum principibus
populi sui. **Q**ui habitare facit
sterilem in domo matrem filiorum
letantem. **G**loria patri. *Psalmus*

Actatus sum in his que
dicta sunt michi in domum
domini ibimus. **S**tantes erant
pedes nostri in atriis tuis iherusa-
lem. **I**herusalem que edifica-
tur ut civitas cuius participatio
eius in id ipsum. **I**lluc enim

ascenderunt tribus tribus domini
 in testimonium israel ad confi-
 tendum nomini domini. **Q**uia

illuc sederunt sedes in iudicio sedes
 super domini dauid. **R**ogate
 que ad pacem sunt iherusalem et
 habundantia diligentibus te. ✠

Fiat pax in uirtute tua et ha-
 bundantia in turribus tuis. ✠

Propter fratres meos et proxi-
 mos meos loquebar pacem de te.

Propter domini domini dei
 nostri quehii bona tibi. **G**loria

Nisi dominus edificauerit
 domini in uanum
 laborauerunt qui edificauerunt ea.

Nisi dominus custodierit a
uitatem frustra uigilat qui cu
stodit eam. **Q**uoniam est no
bis ante lucem surgere surgite post
quam sederitis qui manducatis pa
nem doloris. **Q**uoniam dedit dilectis
suis sompnum ecce hereditas do
mini filii merces fructus uentris
Sicut sagitte in manu poten
tis ita filii extollorum. **S**ati
uit qui impleuit desiderium suum
ex ipsis non confundetur loquetur
nummis suis in porta. **G**loria ps.
Lauda iherusalem dominum
lauda deum tuum syon.
Quoniam confortauit secas

portarum tuarum benedixit fi
 lius tuus in te. **Q**ui posuit fines
 tuos pacem et adipe frumenti lau
 dat te. **Q**ui emittit eloquium
 suum terrene uelociter currit sermo
 eius. **Q**ui dat niuem sicut
 lanam nebulam sicut cinerem
 spargit. **M**ittit cristallum suum
 sicut bucellas ante faciem frigori
 eius quis sustinebit. **E**mittet
 uerbum suum et lique faciet ea
 flabit spiritus eius et fluent aque.
Qui annunciat uerbum su
 um iacob iusticias et iudicia sua
 israel. **N**on fecit taliter omni
 nationi et iudicia sua non manu

festavit eis. **G**loria patri.
Ant. Beata mater et nupta
uirgo gloriosa regina mundi in
tercede pro nobis ad dominum.

Beata es uirgo maria
que dominum portasti
creatorem mundi genuisti qui
te fecit et in eternum permanens
uirgo. Deo gratias. **Imprimus**

Ave maris stella dei ma
ter alma atque semper
uirgo felix celi porta. **S**umens
illud que gabrielis ore funda
nos in pace imitans nomen
eue. **S**olue uincla reis profer
lumen caecis mala nostra pelle

bona cuncta posce. **M**onstra
 te esse matrem summat per te pre
 ces qui pro nobis natus tulit esse
 tuus. **V**irgo singularis inter
 omnes mittis nos culpis solu
 tos mittes fac et castos. **V**itam
 presta puam iter para tutum
 ut uidentes ihesum semper col
 lotemur. **S**it laus deo patri
 summo xpisto deus spiritui
 sancto trinus honor unus. *℟.*

℞. post partum uirgo inuolata
 permansit. Dei genitrix intercede
 pro nobis. *Ant* Rogamus te *ps.*

Magnificat anima mea
 dominum **E**t exul

tauit spiritus meus in deo salu
tan meo. **Q**uia respexit humi
litate[m] ancille sue ecce enim ex
hoc beatam me dicent omnes ge
nerationes. **Q**uia fecit michi
magna qui potens es et sanctu[m]
nomen eius. **E**t misericordia
eius a progenie in progenies ti
mentibus eum. **F**ecit poten
tiam in brachio suo dispersit su
perbos mente cordis sui. **D**epo
suit potentes de sede et exaltauit
humiles. **E**surientes imple
uit bonis et diuites dimisit in
anes. **R**ecipit israel pueru[m]
suum recordatus misericordie

sue. **S**icut locutus est a pa-
 tres nostros abraham et semini
 eius in secula. **G**loria p̄i. **R.**

Rogamus te uirgo uirginum roga-
 mus te dignissima eterni regis spon-
 sa rogamus te mundi regina que
 sola inuenta esse ianua xpi ut pro-
 prium pro nobis intercedas filium.

Domine exaudi. Et clamor. Oremus.

Deus qui corda fidelium
 sancti spiritus illustra-
 tione docuisti da nobis in eodem
 spiritu uita sapere et de eius sem-
 per sancta consolatione gaudere

Quoniam nos famulos
 tuos quesimus dñe

deus perpetua mentis et corpo-
ris sanitate gaudere et gloriosa
beate marie semper uirginis
intercessione a presenti liberari
tristitia et eterna. p̄ frui letitia.

Eccliam tuam quesu-
mus domine benignus
illustria et beati iohannis aposto-
li tui et euangeliste illumina-
ta doctrinis ad dona perueniat
sempiterna. per xp̄istum do-
minum nostrum. Amen.


Domine exaudi orationē
meam **E**t clamor meus ad
te ueniat **B**enedicamus do-
mino **D**eo gr̄as. *Ad uesperas.*


70
Adoramus te xpe. *Hymnū*
De cruce deponitur hora
vespertina. Fortitudo la-
tuit in mente diuina. Talem
mortem subijt in te medicina
tui corona glorie iacuit suspi-
na. *Ps. Omnis terra. Oratio*


Domine ihesu xpe fili.
Benedicamus domino.
Deo gratias. *Ad uesperas. A-*
Ueni sancte spūs. *Hymnū*

Dexte dei digitus uir-
tus spiritalis. Nos def-
fendat eruat ab omnibus ma-
lis. Ut nobis non nocca demō
infernalis. Sed protegat fone

Mat. X. Emitte spirituum. Oratio

Omnipotens sempiterna. 

Benedicamus domino. 

Deo gratias. 

Ad completorium.



Diuerte nos deus
 salutaris noster.
Et aduerte man
 tuam a nobis.



us in adiutorium meum inten
de. **D**omine ad adiuuandum
me festina. **G**loria patri et filio
et spiritui sancto. **S**icut erat
in principio et nunc et semper et i
secula seculorum. Amen. *Añt*

Cum iocunditate. *psalmus.*

Memento domine dauid &
dominus mansuetudinis
eius. **S**icut iurauit domino uo
tum uouit deo iacob. **S**i in tiorie
in tabernaculum domus mee
si ascendero in lectum strati mei.
Si dederis sompnum oculis
meis et palpebris meis dormitatio
nem. **E**t requiem temporibus

72
meis donec inueniam locum do-
mini tabernaculum deo iacob.

Ecce audiuimus eam in effra-
ta inuenimus eam in campis sil-
ue.

Introbimus in tabernacu-
lum eius adorabimus in loco ubi
sternit pedes eius.

Surge domi-
ne in requiem tuam tu et archa sc̄i-
ficationis tue.


Sacerdotes tui in-
duantur iustitiam et sancti tui
exultent.

Propter dauid seruu-
tum non aduertas faciem xp̄i
tui.

Quia ueritatem dominus dauid
ueritatem et non frustrabitur eum
de fructu uentris tui ponam su-
per sedem tuam.

Sicut custodierit

fily tui testamentum meum et
testimonia mea hec que dicebo co

Et filij eorum usq; in seculum
sedebunt super sedem tuam. 

Quoniam elegit dominus syon
elegit eam in habitationem sibi.

Hec requies mea in seculum se
culi hic habitabo qm̄ elegi eam.

Iduam eius benedicentis benie
dicam sacerdotes eius saluabo pa
uibus. **S**

Sacerdotes eius induam
salutari et sancti eius exultatione
exultabunt. **I**

Illuc producam
cornu dauid parauit lucernam xpo
meo. **S**

Summos eius induam
confusione super ipsum autem

efflorescit sanctificatio mea. *ps.*

Ecce quam bonum et quam
iocundum habitare fra-

tres in unum. **S**icut unguen-
tum in capite quod descendit in

barbam barbam aaron. **Q**uod

descendit in oram uestimenti eius
sicut ros hermon qui descendit in

montem syon. **Q**uoniam illic
mandavit dominus benedictionem

et vitam usque in seculum. *ps.*

Ecce nunc benedixit domi-
num omnes serui domini.

Qui scatis in domo domini in

aitis dominus deus noster. **I**n voc-

abus extolite manus vestras

in sancta et benedictione domini

Benedicat tibi dominus ex
syon qui fecit celum et terram.

Gloria patri. **Añt** Cum iocū
ditate commemorationem beate ma
rie celebremus ut ipsa pro nobis in
tercedat ad dominum deum nostrū.

Diego singularis inter
omnes mittis nos cul
pis solutos mittes fac et castos

Vitam presta puram iter
parat tutum ut iudentes ihesū
semper colloquimur **S**it laus
deo patri summo xpisto deus spi
ritu sancto trinus honor unus
Amen. **Capitulum.**

Sicut cymamomina
lalsanum aromatis
odorem dedi quasi mirra electa
dedi suavitatem odoris. *Seco gra.*

✠ Benedicta tu in mulieribus. *✠*
Et benedictus fructus ventris tui.
ant Salve. psalmus

Nunc dimittis seruum
tuum domine secundum
verbum tuum in pace. **Q**uia
viderunt oculi mei salutare tu-
um. **Q**uod precepsisti ante fa-
ciem omnium populorum.

Aumen ad revelationem
genium et gloriam plebis tue
israel. **G**loria patri. *ant Sal*

ne regina misericordie uita dulcedo
et spes nostra salue ad te clamamus
oculos filie tue ad te suspiramus gemen-
tes et flentes in hac lacrimarum ualle
era ergo aduocata uolua illos tuos mi-
sericordis oculos ad nos conuerte et ihe-
sui benedictum fructum uentris tui.
Nobis post hoc exilium ostende. Ode-
meis. O pia. O dulcis maria.
Domine exaudi. Et clamor. Ore

Amus. **Oratio**
re igne sancti spiritus
renes nostros et cor nostrum do-
mine ut tibi casto corpore serui-
amus mundo corde placeamus.

Quoniam nos famulos tuos



Domine ne in fu
 ure tuo arguas
 me neq; in ira tu
 a corripas me.



Misere mei domine quoniam
infirmus sum sana me do
mine quoniam conturbata sunt
ossa mea **E**t anima mea
turbata est ualde sed tu domine
usquequo **C**onuertere dñe et
eripe animam meam saluum
me fac propter misericordiam
tuam **Q**uoniam non est in
morte qui memoretur tui in infer
no autem quis confitebitur tibi.
Laboraavi in gemitu meo la
uabo per singulas noctes lectum
meum lacrimis meis stratum
meum rigabo **T**urbatus est
a furore oculus meus in uetera

76
uiniter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui
operamini iniquitatem quoniam
non exaudiuit dominus uocem
fletus mei. **E**xaudiuit dominus
deprecationem meam dominum
orationem meam suscepit.

Erubescant et conturbantur
uehementer omnes inimici mei
conuertantur et erubescant ualde
uelociter. *psalmus.*

Beati quorum remisse
sunt iniquitates et quorum
tota sunt peccata. **B**eatus
uir cui non imputauit dominus
peccatum nec est in spiritu

ritu eius dolus. **Q**uoniam ta-
cui inueterauerunt ossa mea dū
clamarem tota die. **Q**uonia
die ac nocte grauata est super me
manus tua conuersus sum in
erumpna mea diuin configitur
spina. **D**elictum meum cog-
itum tibi feci et in iusticiam me-
am non abscondi. **I**uxta confi-
tebor aduersum me in iusticiam
meam domino et tu remisisti ini-
pietatem peccata mea. **P**ro hac
orabit ad te omnis sanctus in
tempore opportuno. **A**erumpna
mea in diluuiis aquarum mul-
tarum ad eum non approxima

77
bunt. **Q**u es refugium me
um a tribulatione que circumde
dit me exultatio mea erit me
a circumdentibus me. **I**ntellet
tum tibi dabo et misericordiam te in via
hac qua gradieris firmabo super
te oculos meos. **N**olite fieri si
cut asinus et mulus quibus non est
intellectus. **I**nclamo et fie
ro maxillas eorum constringe
qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris spe
rantem autem in domino mise
ricordia circumdabit. **E**tam
in domino et exultate iusti et glo
riamini omnes recti corde. **ps.**

Domine ne in furore tuo
arguas me neque in ira
tua corripas me. **Q**uoniam
sagitte tue infixae sunt in
et confirmasti super me ma-
num tuam. **N**on est sanitas
in carne mea a facie ire tue non
est pax ossibus meis a facie pec-
catorum meorum. **Q**uoniam
iniquitates mee supergressae
sunt caput meum et sicut
onus graue grauatae sunt su-
per me. **R**utruerunt et corru-
ptae sunt cicatrices mee a facie
insipientiae mee. **M**iser factus
sum et curuatus sum usque in

finem tota die contristatus in
 grediebar. **Q**uoniam lumbi
 mei impleti sunt illusioni
 bus et non est sanitas in carne
 mea. **A**fflictus sum et hu
 miliatus sum nimis rugiebat
 gemitu cordis mei. **O**mi
 ne ante te omne desiderium me
 um et gemitus meus ad te no
 est absconditus. **C**or meum
 conturbatum est derelinquid me
 uirtus mea et lumen oculorum
 meorum et ipsum non est me
 cum. **A**mici mei et proximi
 mei aduersum me appropin
 quauerunt et steterunt. **E**t

Qui iuxta me erant de longe ste-
terunt et nimis faciebant qui que-
rebant animam meam. **E**t
qui iniquiebant mala michi
loquuta sunt uanitates et dolos
tota die meditantur. **E**go
autem tanquam surdus non audie-
bam et sicut mutus non aperi-
ens os suum. **E**t factus sum
sicut homo non audiens et non
habens in ore suo reargutiones.
Quoniam in te domine spe-
raui tu exaudies me domine
deus meus. **Q**uia dixi nequam
supergaudeant michi inimici
mei et dum commouentur pe-


des mei super me magna locuti
sunt. **Q**uoniam ego in fla
gella paratus sum et dolor meus
in conspectu meo semper. **Q**ui
iniquitatem meam annun
ciabo et cogitabo pro peccato meo.
Inimicus autem mei uniuersus
et confirmati sunt super me et
multiplicati sunt qui oderunt me
iniquus. **Q**ui retribuunt mala
pro bonis detrahebant michi quoniam
sequelae bonitatem. **N**e edere
linguas me domine deus meus
ne discesseris a me. **M**itende
in adiutorium meum domine
deus salutis mee. *psalmus.*


Miserere mei deus secū
dum magnam mise
ricordiam tuam. **E**t secū
dum multitudinem miseration
um tuarum dele iniquitatem
meam. **A**niphus lava me
ab iniquitate mea et a pecca
to meo munda me. **Q**uon
iam iniquitatem meam ego
cognosco et peccatum meum
contra me est semper. **T**ibi
soli peccavi et malum coram te
feci ut iustificeris in sermoni
bus tuis et vincas cum iudi
caris. **E**cce enim iniquitati
bus conceptus sum et in pecca

tis concepit me mater mea.

Ecce enim ueritatem dilexi
 sta incerta et occulta sapientiae
 tue manifestasti michi. **A**l
 perges me domine psopo et inu
 dalor lauabis me et super inuie
 deallabor. **A**uditui meo dabi
 gaudium et leticiam et exulta
 bunt ossa humiliata. **A**uer
 te faciem tuam a peccatis meis
 et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me
 deus spiritum rectum in noua
 in uisceribus meis. **N**e proi
 cias me a facie tua et spiritum
 sanctum tuum ne auferas a

me **S**edde michi leticiam sa-
lutaris tui et spiritu principali
confirma me **D**icebo iniquos
vias tuas et impij ad te conver-
tentur **F**ilem me de sangui-
nibus deus deus salutis mee et
exultabit lingua mea iusticiam
tuam **D**omine labia mea
aperies et os meum annun-
ciabit laudem tuam **Q**uonia
si voluisses sacrificium dedissem
utiq; holocaustis non delectaberis.
Sacrificium deo spiritus co-
tribulatus cor contractum et hu-
miliatum deus non despicies.
Sanguine fac domine in lo

81
na uoluntate tua spon ut edi
ficentur muri iherusalem. 

Tunc acceptabis sacrificiū
iusticie et oblationes et holocau
sta tunc imponent super altare
tuum uitulos. *psalmus.* 

Domine exaudi oratio
nem meam et clamor
meus ad te ueniat. **N**on ad

uertas faciem tuam a me in
quacumq; die tribulor inclina
ad me aurem tuam. **I**nqua

cumq; die inuocauero te ueloci
ter exaudi me. **Q**uia defecerūt
sicut fumus dies mei et ossa
mea sicut cinis aruerūt.

Pertullus sum ut feram
et eruit cor meum quia oblitus
sum comedere panem meum.

Auocae gemitus mei adhesit
os meum carni mee.

Similis factus sum pellicano solitu-
dinis et factus sum sicut intico-
rax in domicilio.

Agilavi et
factus sum sicut passer solitari-
us in tecto.

Nota die exprobra-
bant michi inimici mei et qui
laudabant me aduersum me
innabant.

Quia cinerem
tanquam panem manducabam
et potum meum cum fletu mi-
scelam.

Afacie ue indigna

82
tionis tue quia eleuans aliusi
me **D**ies mei sicut umbra
declinauerunt et ego sicut fe
mura arui **T**u autem domi
ne in eternum permanes et me
moriale tuum in generatione
et generationem **T**u exurges
domine miserere syon quia
tempus miserendi eius quia ue
nit tempus **Q**uoniam pla
uerunt seruis tuis lapides eius
et terre eius miserabuntur **E**t
tinebunt gentes nomen tuum do
mine et omnes reges terre glo
riam tuam **Q**uia edificauit
dominus syon et uidebitur in

gloria sua. **R**espondit in ora-
tionem humilium et non spe-
xit peccata eorum. **S**eruan-
tur haec in generatione altera et
populus qui creabitur laudabit
dominum. **Q**uia prospexit
de excelso sancto suo dominus de
celo in terram aspexit. **A**t au-
diat gemitus compeditorum
ut soluet filios interemptorum.
At annuntiant in syon no-
men domini et laudem eius in
iherusalem. **I**n conuenien-
do populos in unum et reges ut
seruiant domino. **R**espondit
ei in uia uirtutis sue pauertate

dierum meorum nuncia michi.

Ne reuoces me in dimidio die-
rum meorum in generatione et
generationem anni tui. **I**n

ao tu domine terram fundasti et o-
pera manuum tuarum sunt celi.

Ipsi peribunt tu autem perma-
nes et omnes sicut uestimentum

ueteralcent. **E**t sicut oportuum
mutabis eos et mutabuntur tu

autem idem ipse es et annu tui non
deficient. **F**ilij seruatorum tuorum

habitabunt et semen eorum in se-
culum dirigetur. *Psalmus.*

De profundis clamaui ad
te domine domine exaudi

uocem meam. **F**iant aures
tue intendentes in uocem depre-
cationis mee. **S**i iniquitate
obseruaueris domine domine
quis sustinebit. **Q**uia apud
te propitiatio est et propter le-
gem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in
uero eius sperauit anima mea
in domino. **A** custodia ma-
tutina usque ad noctem speret is-
rael in domino. **Q**uia apud
dominum misericordia et copi-
osa apud eum redemptio. **E**t
ipse redimet israel ex omnibus
iniquitatibus eius. *psalmus.*

Domine exaudi oratio
 nem meam auribus
 percipe obsecrationem meam
 in ueritate tua exaudi me in
 tua iusticia. **E**t non intres
 in iudicium cum seruo tuo do
 mine quia non iustificabitur
 in conspectu tuo omnis uiuus.

Quia persecutus est mini
 cus animam meam humili
 uit in terra uitam meam.

Collocauit me in obscuris
 sicut mortuos seculi et anxia
 tus est super me spiritus me
 us in me turbatum est cor me
 um. **M**emor fui dierum an

tiquorum meditatus sum in om-
nibus operibus tuis et in factis
manuum tuarum meditabar.

Exaudi manus meas ad te
anima mea sicut terra sine aqua
tibi.

Nelociter exaudi me domi-
ne desolat spiritus meus.

Non
advertis faciem tuam a me et si-
milis ero descendentibus in lacum.

Auditeam fac michi misericordiam
tuam quia in te spera-
vi.

Notam fac michi misericordiam
in qua ambulem quia ad
te leuavi animam meam.

Ex-
pe me de iniurias meis domine
ad te confugi doce me facere ius-

luntatem tuam quia deus meus
 es tu. **S**piritus tuus bonus de
 ducet me in terram iustam propter
 nomen tuum domine vivificabis
 me in equitate tua. **E**ducet de
 tribulatione animam meam et
 in misericordia tua disperdes omnes
 inimicos meos. **E**t perdes omnes
 qui tribulant animam meam
 quoniam ego servus tuus sum.

Vetama maior.
Benedicite **P**ater **P**ater
Agnus dei **P**ater de celi
 deus miserere nobis **F**ili redem
 ptor mundi deus miserere nobis.
Spiritus sancte deus **A**men

Sancta trinitas unus deus m'
Sancta maria ora pro nobis.
Sancta dei genitrix  or
Sancta uirgo uirginum ✠ or
Sancte michael  or
Sancte gabriel  or
Sancte iaphael  or
Omnes sancti angeli et archan-
geli dei. Orate pro nobis 
Omnes sancti beatorum spiri-
tuum ordines orate pro nobis. ✠
Sancte iohannes baptista ✠ or
Omnes sancti patriarche et pro-
phete. Orate pro nobis 
Sancte petre  or
Sancte paulo  or

Sancte andrea  027
Sancte iacobe  027
Sancte iohannes  027
Sancte thoma  027
Sancte philippe  027
Sancte bartholomee  027
Sancte matthe  027
Sancte symon  027
Sancte uida  027
Sancte thadee  027
Sancte mathia  027
Sancte barnaba  027
Sancte luca  027
Sancte marce  027
Omnes sancti apostoli et eu
 uangeliste  027

Omnis s^a discipuli dⁱu  or^{te}
Omnis s^a innocentes  or^{te}
Sancte stephane  or^{te}
Sancte agapite  or^{te}
Sancte ferreole  or^{te}
Sancte ferrua  or^{te}
Sancte antidi  or^{te}
Sancte line  or^{te}
Sancte clete  or^{te}
Sancte clemens  or^{te}
Sancte sⁱxte  or^{te}
Sancte corneli  or^{te}
Sancte cypriane  or^{te}
Sancte laurenti  or^{te}
Sancte uncenti  or^{te}
Sancte nazari  or^{te}

Sancte celsa  02
Sancte leodegan  02
Sancte lazare  02
Sancte mannes  02
Sancte gengulphx  02
Sancte desiden  02
Sancte ualen  02
Sancti gemini  02
Sancte lenigne  02
Sancte symphoriane  02
Sancte blasii  02
Sancte georgi  02
Sancte diouisi  02
Sancte maucia  02
Sancte hyrene  02
Sancte miliane  02








x

Sancte yohanne  or
Sancte quintine  or
Sancte xpistofore  or
Sancte colma  or
Sancte damiane  or
Sancte iohannes  or
Sancte paulle  or
Sancte maru louile  or
Sanis sancti martires  or
Sancte siluester  or
Sancte hylari  or
Sancte martine  or
Sancte brycti  or
Sancte amiane  or
Sancte delidrate  or
Sancte nice ti  or

Sancte donate  or
Sancte prothadi  or
Sancte anatholi  or
Sancte ylodore  or
Sancte benedicti  or
Sancte ermesio de  or
Sancte lautene  or
Sancte nicholae  or
Sancte alexi  or
Sancte eugende  or
Sancte dominice  or
Sancte augustine  or
Sancte ieronime  or
Sancte gregori  or
Sancte ambrosi  or
Sancte fran salce  or


Sancte anthoni  or
Sancte claude  or
Sancte phileberte  or
Sancte medarde  or
Sancte anthoni  or
Sancte eligi  or
Sancte honorate  or
Sancte mauve  or
Sanis sancti confessores or^a
Sancta maria magdalena
Sancta felicitas  or
Sancta perpetua  or
Sancta agatha  or
Sancta agnes  or
Sancta lucia  or
Sancta cecilia  or


Sancta cecilia  or
Sancta euphemia  or
Sancta eugenia  or
Sancta iudegondis  or
Sancta maria egyptiaca or
Sancta margareta  or
Sancta katherina  or
Sancta martha  or
Sancta lorbana  or
Sancta petronela  or
Sancta fides  or
Sancta spes  or
Sancta caritas  or
Sancta genouepha  or
Sancta anna  or
Sancta elizabeth  or


Omnnes sancte uirgines .: or^{te}
Omnnes sancti & sancte dei or^{te}
Propterea esto parce nobis dñe.
Ab omni malo. libera nos dñe.
Ab insidiis dyaboli  P
Ad damnatione perpetua . P
Ab imminentibus peccatorum
nostrorum periculis  P
Ab infestationibus demonum
Aspiritu fornicationis  P
Apetitu inanis glorie  P
Ab omni immundicia men
tis et corporis  P
Afulgura et tempestate  P
Asubitanea et impropusa
morte  P

Apersecutoribus sancte dei
ecclesie  V

Per misterium sancte in car
nationis tue  V


Per aduentum tuum  V

Per nativitatem tuam  V

Per baptismum tuum  V

Per coronationem tuam V


Per apparitionem tuam V

Per ieiunium tuum  V

Per passionem et crucem tuam V

Per admirabilem ascensionem
tuam  V

Per gratiam sancti spiritus
parati  V

In die iudicii  V


In hora mortis succurre nobis
domine **P**eccatores. Te rogamus
audi nos **Q**uam pacem nobis domine **E**
Ut misericordia et pietas tua
nos custodiat **E**
Ut ecclesiam tuam regere et def
fensare digneris **E**
Ut dominum apostolicum et
omnes gradus ecclesie in sancta re
ligione conservare digneris **E**
Ut regibus et principibus vestris
pacem veram atque concordiam do
nare digni **E**
Ut episcopos et ablates vestros
et omnes congregationes illis com
missas in sancta religione conser


uare digneris.  **Et**


Quod omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas. **Et**

Quod animas nostras et parentum nostrorum ab eterna damnatione eripias. **Et**

Quod fructus terre dare et conseruare digneris  **Et**

Quod oculos misericordie super nos reducere digni  **Et**

Quod obsequium seruitutis nostre rationabile facias  **Et**


Quod mentes nostras ab celestia desideria erigas  **Et**

Quod miserias pauperum et captiuorum intueri et releua

re digneris. **Et** **U**t regula
ribus disciplinis nos instruere
digneris. **Et** **U**t omnibus
fidelibus uiuis et defunctis req
uem eternam dones. **Et** **U**t
nos exaudire digneris. **Et**

Fili dei **Et**
Agnus dei qui tollis peccata
mundi parce nobis domine.

Agnus dei qui tollis peccata
mundi exaudi nos domine.

Agnus dei qui tollis pecca
ta mundi miserere nobis. 

Agnus dei qui tollis pecca
ta mundi dona nobis pacem.

Domine audi nos. **P**rophetis

Nisielerson **S**imeleso.
Pater noster **E**t ne nos.
Quod tu ueniat super nos misericordia tua domine.
 Et salutare tuum secundum
 eloquium tuum. Sacerdotes
 tui induantur iustitiam. Et
 sancti tui exultent. Domine
 saluos fac reges. Et exaudi nos
 in die qua inimicauerimus te.
 Saluum fac populum tuum
 domine. Et benedic hereditati
 tue. Fiat pax in uirtute tua.
 Et habundantia in turribus
 tuis. Memor esto congrega
 tionis tue. Quam possedisti

ab iniao. pro fratribus nostris
absentibus. Saluos fac seruos
tuos et ancillas tuas deus meus
sperantem in te. pro amatis fide
libus dei defunctis. Requiem eter
nam dona eis domine et lux per
petua luceat eis. Requiescant in
pace. Amen. Domine exaudi.
Et clamor. Oremus. **Oratio**

Die et exaudibilis domine
ihesu xpiste deus noster de
mendiam tuam cum omni sup
plicatione deposamus. ut per
meritum et intercessionem bea
te et gloriose semper uirginis ma
rie omnium q̄ sanctorum an

gelorum archangelorum. patri
 archatum. prophetarum. aposto
 lorum. martirum. confessorum
 uirginum. monachorum. et om
 nium animarum supernorum. eccle
 sie tue sancte catholice fidem auge
 as pacem tribuas rectoribus no
 stris et nobis remissionem et in
 dulgentiam peccatorum concede
 infirmis salutem lapsis recupera
 tionem aeternam commoditati
 nauigantibus atque iter agen
 tibus fidelibus ita prosperum ac
 salutis portum tribulantis gau
 dium oppressis releuationem cap
 tiuis remissionem unctis absolu

tionem et peregrinus ad patri-
am reuersionem angelum tuum
sanctum nobis hic et ubique cu-
stodem ac defensorum in unitam
discordantibus karitatem in fide-
libus ueram fidem et defunctis
fidelibus uitam et requiem pro-
pialis donare digneris sempiter-
nam. Qui cum patre et spiritu
sancto uiuis et regnas deus. Per
omnia secula seculorum Amen.

Doremus. *Alia oratio.*
Eus qui inter apudlicos
sacerdotes famulos tuos pontifica-
li seu sacerdotali feasa dignitate
uige. presta quesumus ut eorum

94
quorū perpetuo aggregentur confor
no. per xpistū dominū no
strū. Amen. Oremus. **Oratio**

Deus cuius miseratione
anime fidelium requiescūt
famul' et famularibus tuis hic et
ubiq; in xp̄sto requiescunt da pro
prios ueniam peccatorum ut a
cunctis reatibus absoluti tecum
sine fine letemur. **Alia oratio.**

Deus uenē et largitor et
humane salutis amator
quesumus immēsam clemenciā
tuam ut nosre congregationis
